ꝛ mercedem dispensationis a dn̄o
Ubiū est ponat q̄ sacerdos
obligauerit se ad cātandum
vnā missā p A. spālit. ꝛ po
stea obliget se ad dicēd vnā
aliā missā pro aīa B. vtruz
per cantatōez vni9 misse pos
sit absolui ab vtroq. Rn̄det
hic holkot simpl'r q̄ nō. naz
casus ponit q̄ ille sacerdos obligauerit se ad dicēdū
vnā missam specialiter pro A. ꝛ postea obligauerit
se ad dicendum vnā aliā missam pro B. specialiter
Tunc ex casu arguitur sic Nullus obligatus ad cele
brādū duas: potest sufficiēter dicere solus duas mis
sas celebrando vnā tm̄. sed ille sacerdos p casum ob
ligauit se ad celebrandum duas missas. ergo non
potest sufficienter dicere solus duas celebrando vnā
tantū arguitur patet quia obligatus ad duas si posset

sufficienter soluere celebrando vnā tm̄ pari ratiōe: si obligaret᷑ ad quatuor ⁊ vltra. Igit᷑ ad mille tene-ret᷑ posset se obligare ꝑ vnā tm̄ qđ est falsum. Et vi-det᷑ esse exemplū ad hoc. nā si ꝓmitto A ꝙ legā vnā lectōem ⁊ ꝓmittā B ꝙ legā sibi lectōem aliā. a le-ctione quā legā A. nō possum satisfacere eis vnā le-ctōnē tm̄: quia promisi legere duas. sic est in propo-sito. Si aūt ponat᷑ ꝙ obligem me duabus personis A et B sub hac forma legā ter vnā lectiōem. ita ꝙ dicam vterqꝫ sic ⁊ nichil aliud tunc casus est mutatus ⁊ possum satisfacere legendo eis vnam lectōem quā non obligaui me ad duas lectiones. licet obligaue-rim me duobus. Iuxta illud quia aliqualiter soluit se ipsum. Pono vnū aliud magis difficile. Ponatur ꝙ A sacerdos obliget se ad celebrandum vnā missā principaliter pro anima B. et ad celebrandū prin-cipaliter vnam missam pro anima C. tunc quero an A possit satisfacere celebrando vnam missam tm̄ ꝓ B ⁊ C. Et videtur michi sine preiudicio quorūcūqꝫ ꝙ nō. immo dicit hic holkot ꝙ sic faciēs peccat mor-taliter sicut periurus ⁊ deceptor animarum ad cuius euidentiam expono ꝙ intelligo per missam celebrari principaliter pro aliquo. puta pro anima B vel C. Et videtur michi ꝙ ad hoc ꝙ A pricipaliter celebret pro B requiritur ꝙ intendat applicare missam su-am sicut anima B. ꝙ sit quedam satisfactio pro ani-ma B. si tm̄ illa anima indigeat satisfactōe apđ deū. Dico igitur ꝙ A. principaliter celebrare pro . B. potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ applicat

missam suā vt valeat multis. ita ꝙ sit satisfactio apud deū pro multis aīabus puta quinqꝫ quarū vna ē anima B. ⁊ simul tamen intendat ꝙ illi anime plus valeat ad satisfactōem ꝙ̄ alicui de reliquis quatuor. Et sic vere dicitur scd̄m proprietatem vocabuli ⁊ vniuoce ꝙ celebret principaliter pro anima B. quia vult ꝙ nulli tantū valeat sicut anime B. Alio modo potest intelligi ꝙ A. principaliter celebret pro anima B. qꝛ sic applicat missam suam anime B. quia vult ꝙ ipsa totaliter ⁊ p̄cise cedat in satisfactōem pro aīa B apud deum. ita ꝙ nulli alteri aīe cedat in satisfactionē licet velit ꝙ prosit alijs p modū orōnis. non tamen per modū satisfactōnis Et illo modo principaliter celebrare pro anima B est applicare missā ad satisfaciendū pro anima B quātum missa satisfacere potest Et illo modo intelligēdo questionē dico ꝙ nō potest per vnā missam satisfacere vtrqꝫ aīme nec obligationi sue. nec eciam primo modo sicut patet. quia tunc esset implicatio in terminis. Prēs ponatur ꝙ. A. intendat celebrare eque principaliter pro vtraqꝫ anima tunc videtur ꝙ satisfaciat obligationi sue. Respondeo ꝙ in tali casu pro neutra celebrat principaliter. Unde illud est dicere Ille celebrat principaliter pro vtraqꝫ aīma et ille pro vtraqꝫ anima celebrat principaliter. qꝛ primo equalet isti Ille celebrat pricipalit̄ p istis Et hoc ē bn̄ possibile qd̄ facit Sꝫ tūc nō facit qd̄ facere deberet scd̄m obligatōꝫ positā in casu argumēti. scd̄ā equalet illi coplatie ille

celebrat pro illo principaliter ꝛ ille celebrat principa
liter pro illo ꝛ hoc est impossibile eū facere per vnaȝ
missam qꝛ impossibile ē ꝙ missa cedat totaliter ad sa
tisfaciendū principaliter pro illo. ꝛ simul cū hoc satis
faciat pro illo ꝛc. Ex his patet patereꝙ sit dicendum
ad questionem vnam communem qua queritur

¶ Utrum missa celebrata pro multis tm̄ valeat vni‑
cuiqȝ eorū ac si specialiter pro illo celebraretur posi‑
to ꝙ quilibet eoꝝ indigeret ¶ Est em̄ dicendū ꝙ non
imo in tali casu qn̄ celebraẗ eque primo ꝓ multis va
lor misse distribuiẗ equaliter ꝛ cedit cuilibet in partē
satisfactōnis apud deū scd̄m equalē porcōem ꝛ nume
rum personarū pro quibus fit. ꝛ per consequens ꝙ̄
to plures fuerint: tanto vnusquisqȝ minus habebit.
Nam valor misse qui potest prouenire alicui in pur‑
gatorio existenti ē finite virtutis. qꝛ alia sufficeret v‑
na missa ad satisfaciēdū ꝓ ōni debito in quo tenerenẗ
quodcūqȝ homines obligati ad quācunqȝ penam in
purgatorio Et sic frustra celebraret eccl'a plures mis
sas pro eis. Itē si tm̄ valeret generalis missa dicta ꝓ
omnibus existētibus in purgatorio ꝙ̄tum si esset di‑
cta specialiter ꝛ principaliter pro vno Irrationabi‑
liter ordinaret ꝛ permitteret ecclesia ꝙ celebraretur
pro vno specialiter. sed semꝑ deberet celebrari ꝓ oi‑
bus existentibus in purgatorio. qꝛ omittendo alios
ꝛ celebrando pro istis nichil accresceret istis. ꝛ mul‑
tum deperiret aliis. Et sic tota ecclesia erraret. que
vbiqȝ seruat oppositum. Et ideo non videtur ra‑
cionabile nec bene dictum: ꝙ vna missa celebrata

pro centum. valeat tm̄ vnicuiqꝫ eorū quantū valeret vni eorꝝ. si pro eo principaliter ꝛ singulariter celebraretur. ꝛ hoc loquendo de illa vtilitate ꝛ valore. quo valet per modum satisfactōis. Pro quo notandū ꝙ misse exequie psalteriū ꝛ generaliter quecūqꝫ oratio facta a viuēte pro defuncto dupliciter potest sibi valere. vno mō ꝑ modū supplicatōis. alio mō ꝑ modū satisfactōis. vt quia si fit quoddā propositū in partē satisfactionis deo loquendo primo modo de valore misse vel cuiuscūqꝫ alterius orōis. Dico ꝙ potest eq̄liter valere vnicuiqꝫ de centum. ac si specialiter pro se fieret. qꝫ talis valor prouenit ex virtute charitatis viuentis membri ecclesie. ꝛ caritas non minuitur si effectus eius distribuatur in multos immo magis augetur ꝛ similiter eciam gaudium quando pluribus est commune fit maius vt dicit augustinus. viij. cōfess. ꝛ sic de vno bono facto non minus letantur multi in purgatorio q̄ꝫ vnus loquendo de valore. Secundo modo dico ꝙ non Exemplum potest poni Si aliqs rex cui centum obligētur quilibet in decem denarijs. Sic conaris liberare eos per orationes apud regē vt dimittat eis debitum et ille te exaudierit annuendo. manifestum est ꝙ [illegible] tum prodest oratio tua vnicuiqꝫ de centum. ac si [illegible] fuisset specialiter pro vno. Si vero conaris e[illegible] liberare per modum satisfactionis. volendo soluere saltem in parte et offers ꝓ eis centum denarios certum est ꝙ minus valet hec solutio vni de istis centum q̄ꝫ si fieret singulariter pro eo. quia si fieret pro eo singulariter foret totaliter li

beratus. Nunc autem quia facis pro omnibus centū non facis pro eo nisi scđm portōnem que sibi potest prouenire de centum denarijs diuisis inter centum p̱sonas Et sic non reciperet a te nisi vnitatem. et sic p̱ consequens cum prius teneretur intantum in decima parte debiti sui satisfecisti. Et quia intentio est ecclesie in celebrando missas pro defunctis non solū impetrare ipsis veniam et remissionem pene Per modum supplicationis orando sed eciam per modum satisfactionis soluendo deo pro eis. Et eodē modo elemosinis et ieiunijs ⁊ alijs operibus caritatis Ideo dico ꝙ non tm̄ valent ista pro pluribus hoc ē non tantum satisfaciunt pro vno quoqꝫ si pro multis fiant q̄ꝑ tum valerent vni de illis si pro eo specialiter fierent. Alias enim non video quin irracōnabile ⁊ crudele foret sacerdoti aliquam missam specialiter celebrare p̱ vno. Eciam si diceretur ꝙ missa solummodo valet per modum orationis illis pro quibus fit tunc: licet esset possibile ꝙ tantum valeret vnicuiqꝫ de centum: quantum si pro vno fieret specialiter tamen iudicando de deo scđm conditiones policie humane non apparet verisimile ꝙ concederet eque faciliter supplicationem que peteret remissionem centum debitorum: sicut eque intensam qui peteret a simili charitate pro vno debitore tantum Et ideo verisimiliter estimandum est ꝙ missa tam per modum orationis q̄ꝑ per modum satisfactionis plus valet vni si pro eo singulariter fiat q̄ꝑ si fiat generaliter pro eo ⁊ pro alijs li.

cet possibile foret si deo placeret q per modū oratio
nis valeret vt dictum est Ex istis infero q obligatꝰ
ad celebrandum per vnum annum pro A principa-
liter non potest in illis celebrare principaliter p B
necque in aliqua illarum sine fraude. Secus tamen ē
si aliquis sit obligatus ex conuentione q debeat cele
brare pro. A. sic tamen q licet sibi tres vel quatuor
vł plures assumere. In tali enim casu potest alios ad
iungere sacerdos sic conductus et celebrat equi pri-
mo pro omnibus quia hoc datur sibi ex conuentione
sua. Et tunc conuenienter sicut dictum est. minus va
let missa ad satisfaciendum pro A. q̄ si fuisset pro eo
solo celebrata. ¶ Ex istis videt sequi q sacerdos pa-
rochialis qui tenetur singulariter celebrare pro pa-
rochianis sue ecclesie non possit viuis ꝛ defunctis ad
iungere animam patris sui vel alterius amici sui vi-
ui vel defuncti sub hac intentione vt missa sua cedat
in satisfactionem pro omnibus parochianis et illo a-
mico suo. Quia si anima patris sui adderetur ad illā
multitudinem iam portio vnicuiqꝫ percipiēda de va
lore illius misse foret diminuta. Et hoc per actum et
intentionem sacerdotis adiungētis animā patris sui
ꝛ alias. Similiter qua ratione liceret sibi adiungere
vnam animam: liceret sibi ꝛ postea adiungere aliam
ꝛ sic terciam ꝛ quartam. Et si teneatur principliter p
centum celebrare posset licite eque prncipaliter
pro ducentis celebrare: quod falsum est: quia sic

defraudaret parochianos quibus seruit qꝛ missa cele brata principaliter pro ducentis non valet tantum medietati sicut si specialiť pro ipa medietate celebraretur. Sꝫ diceres si illa vera essent tunc vtilius esset homi manere i parochia parua ꝙ̄ in magna vbi plures essent parochiani. Rñdetur verū est pensato solo emolimento quod prouenit parochiano viuo vel defuncto ex meritis vel suffragijs sacerdotis ipsiꝰ parrochie. Non tamen oportet ꝙ sit melius simpliciter quia forte ipemet in gracia proficit et plura bona facit in parochia magna ꝙ̄ in parochia parua.

Hic finit presens opus

¶ Utrum perfecta dei opera possint impedir demonis malicia Contra primū arguit sic. ¶ Perfectū est cui nō pt fieri additio. sed in oībus dei opibus pt fieri additio: vt operi creatōis nature sup additur opus recreatōis grē qđ pficit per opus glorie accidentaliter augibile. Cōtra secūdū. Uolūtati diuine nemo pt resistere cui⁹ posse nō ē impedibile. at ei⁹ sapia vicit maliciā nichil ergo pt demonis malicia cōtra dei opa. Pro primo ē illđ cāticū moysi Date magnificentiā deo nrō dei pfecta sunt opera. Et in psalmo io3. Dñe de⁹ magnificat⁹ es vehement vbi seqñter enūerat magnifica dei opa ad lrām q̄ significāt opa grē scđz misticū intellcm̄ ꝛ significāt opa glie scđm anagogiā. Pro scđo ē qꝫ demon inuidet hūane saluti. igit cōtrari⁹ ē oībus opibus saluatoris. rñdebat magister io. de mechilinia per has propositiones quarū maior est ista videlicet. Trinū opus dei pfectū est in homine cōsūmatū. Dico opus dei trinū qꝫtuz hominē respicit scz nature grē ꝛ glorie Primum est efficienter effusum. secūdū formalit supfusum. terciū finaliter refusum. In primo hō de nichilo educit per op⁹ creatōis In secūdo ad deū adducit In tercō redit spūs ad dñm qui dedit illū. Primū appropriat patri. secūdū filio. terciū spirituiscō Siquidē añ oīa op⁹ dei trinū ē itra se cū propt immēsitatē suā ꝛ infinitā cōmunicabilitatē se duicet in triplicē subsistētiā psonalē alioquin non se pfecte cōmūicaret qꝛ nō vmbratice ꝛ q̄si pūctalit i creaturis hac cōicatōe abstra nō posita cui⁹ vestigiū de necessitate relucet i qđlibet

ope diuo causaliter ad extra pducto τ ogatũ dei extri
seca psupponit pfectõem intra Scdõ dixi. Op9 dei p
fectũ quod sic pbat ex agẽte τ agendi mõ ac sine in
tento ppendit omis pfectio. Ex agẽte quidẽ in quo
pfecte sunt oĩa agendi principia. ex mõ agendi si
independent a se p se τ propter se agit nulli alteri agẽ
ti innitens. nec formã agendi ab alio discẽs nec ad
finẽ alterius alteri subministrãs Ex fine intẽto si bo
nus in se bonus oibus nociuus nemi. Hec oia viden
da sunt in opibus dei in quo pfectissima sunt oia agẽ
di principia q̃ sunt posse scire τ velle. Posse quidem
eῦ impeditũ qꝫ omipotens scire nõ ob umbratũ qꝫ
lux pura τ velle ab omi inuidia relegatũ qꝫ summum
bonũ immo pura bonitas. In primo relucet patris
oia patrãtis potẽtia In scdo verbi ab eo geniti oim
artifex sapia qui modũ diuine actõnis deducit a fine
intentõnis vsq ad finẽ executõnis. media singula di
sponẽs suauiter. In tercio spũs dñi bonus potẽtiã et
sapiam amicabiliter cõnectit vt cũcta que a prẽ fctã
τ filio formata sunt in spũ sctõ bonitatis ornatũ susci
piãt qtũs spũ ornãte celos τ q̃ ferebat sup aq̃s. i. sup
primã fluitatẽ materiã cũcta q̃ deus fecerat essẽt val
de bona. Hec insinuãt in verbis aplĩ ad Romañ. xi.
Ex ipo p ipm et i ipo sunt oia. ex ipo sicut ex primo
fontali ornãte pricipio ex quo sunt oia τ ipm ex nihilo
per ipm sicut per primũ formatiuũ exẽplar a quo p
cedũt in res naturales forme rerũ. In ipo sicut i bo
nifluo cõtinẽte qꝫ nichil eorũ odit que fecit sed oĩa
amat atq conseruat. τ hoc in tinnori conseruatione

quā res oſeruari p̄t p ꝓpria cōnaturalia pꝛīcipia vł in loco ſuo naturali. vn̄ dixit poeta ¶ In ip̄o viuimus mouemur ⁊ ſumus. in ip̄o qui ē entiū vita viuētium ⁊ principiū finale oīm. a quo depeudet celū ⁊ terra ⁊ tota natura. Ab hoc ente deriuatū eſt oībus eſſē ⁊ viuere ac intelligere his clarius his vero obſcuri⁹ primo celi Ab hoc agente primo depēdit omē agēs ſecūdū in virtute agēs ſibi a primo accōmodata immo nulla creatura ſubſiſteret niſi cauſa q̄ dedit eſſe influeret quare pꝛimo cōuenit om̄is cauſalitas actiua. ⁊ ſic eſt prima cauſa primū efficiēs. ſumma forma vltim⁹ finis. alpha et o primus ⁊ nouiſſimus. Deinde patet vltimū illius propoſitōis q̄ūo hoc opus ꝑfectū ſit ī homine cōſummatū. qꝛ hō eſt finalis ⁊ vltima creatura ī qua creator ſuā expreſſit imaginē, ⁊ ſimilitudinem in qua omnis creata perfectio in vnum colligitur. vt ſit quaſi rerum creatarum breuis epilogus ideo dici m⁹ minor mundus. quare eciam dicitur a ſaluatore ōnis creatura. non vniuerſaliter diſtributiue ſed finaliter collectiue. Exemplat' eciā in ſe diuine motionis preſidentia ſicut em̄ eſt primus maior motu primi mobiſ' totam mouens naturā corpoꝛalem cuius mot⁹ ē vita quedam oībus deorſum ſubſiſtētibus. ſic aīa hoīs mouet totum coꝛpus motu vitali coꝛdis. Itaqꝫ ſcōm legitimū ordinē oꝛiginalis iuſticie coꝛpus ſuberat aīme. anima ſpiritui. ſpiritus deo. Tenetur ob id hō ſecūdū ſpiritum deum colere ⁊ deo pre omnibus creaturis graciarum actiones referre. in quo ne dum opus nature ſed et gratie cōſummatū eſt q̄d eſt ſupra

naturā q iterū nō purū sed hoiem τ deū scz xpm am ministrat p xpm. dico qui supra naturā cōcept⁹ natus passus mortē. resurrexit ascēdit spm sanctū emisit. p quem filios adoptōnis cōstituit. τ nouē grē regeneratōez instituit Sicut em in generatiōe naturali ex hoie generatur hō: sic in generatōe spūali vbi principiū generatōis est cristus qui est hō τ deus Generātur em hoies per naturā sed ex deo generantur dij p grām Johis. i. dedit eis ptātē filios dei fieri. Et Johānis. ij. Videte qualē caritatē dedit nobis vt filij dei noiemur τ simus. Patet igit q in hoie est q̄si circulus in processu creatōis τ recreatōis a deo τ ad deum cōpositus. qui circulus incipit a verbo: p quod oia facta sunt. τ in ipm iterū redit q verbū caro factum mediator est dei τ hominū a quo participat in nobis esse gracie τ cōsummat beatitudo glorie. Juxta illud Johis. Hec est vita eterna vt cog. te. τc. Attēto q sicut circulus vlis nature cōdite fit p mediuz hois inq̄tum est vle causatū ad extra oim artificium. Jta circulus reductōis gratuite fit p mediū quod ē vle p ductū ad intra Et circulus reductōis gloriose seu beatifice fit per mediū esse naturalit vle quod est veritas diuina inq̄tum est vniformis lux τ vita que medio sunt sibi inuicem inseparabiliter coniuncta Siquidem natura nrā in diuinum suppositū est trāsposita. quemadmodū requirit vlis rerum cōsummatō q̄ cōpletur in vltimo creaturarum cum vniuerse creationis principio. Et ideo sicut mediū prime reductiōis ē hō ꝯditus. ita mediū secūde reductōis ē hō ꝯditus

ꝛ eternaliter genitus Et mediū tercie reductōis ē hō taliter cōditus eternaliter genitus ꝛ in lumine verita tis supne intellectualis visus scdm ꝙ supra allegatū est Hec est vita eterna terminus igit in ope nature fuit hō cōditus qui post lapsum per filiū dei ꝛ eterna liter genitū ꝛ in nrā natura temporaliter natū iteruz reductus ꝛ repatus est ꝛ in suū repatorē beatifice co gnitū finaliter beatificatus est ꝛ sue cōsummatōis fe licez accipit finē. ¶ Sequit minor. Cui resistet demo nis malicia quā vincit dei sapientia suaviter disponēs oīa. Patet ex nomine suo quo Sathanas appellat⁹ est. i. aduersarius. qm̄ omi bono aduersat. licet ipe a bono deo bonus factus. sz i veritate nō stetit ꝛ suo creatori quodāmō equari voluit. Hinc ordinem a deo institutū turbare ꝛ puertere nisus est. Fuit quidā creatura sub creatore posita quatenus sue bonitatis influxū indefinenter recipiēs cōseruaret. Sed tumo re supbie a seipso depravatus se diuie bonitatis influ xui subtraxit ꝛ ne hōi ɔmunicaret inuidit dolore gra uissimo cōfectus sup excellentiā hoīs ad quā deo mi serante in supplemētū angelice ruine vidit illū subli matū. In his igitur duabus malicijs supbia atq in uidia tota prauitas affectus angelici cōsistit que sui mali vestigia homini imprimere nititur quare ꝛ eun dem sicut ipse per superbiam cecidit temptare cura uit. Nouerat enim hominem ad imaginem dei factū vt suum factorem imitaret ꝛ eum in rectitudine qua conditus fuit Hinc demon a deo apostatans hominē a dei imagine et ab hac deiformi imagine auertit ꝛ a

loco immortalitatis in qua a deo erat positus vt obediens. hunc custodiret in exilium mortis deuiare fecit. et dum vir obediuit mulieri et hec serpenti bene ordinata policia et graciosa yconomia puersa est. et hoc inesse suo monastico per rebellionem carnis contra spiritum turbatus est. Est eciam a custodia angelica que sibi a paradiso contra fraudes diabolicas prouisa fuit excommunicatus et per cherubin cui in plenitudine scientie equari voluit expulsus fuit. immo vt verius loquar super cherubin conformitatē diuine ambiuit credens serpenti qui ait. Eritis sicut dij scientes bonum et malum. Et cuius intellectus ad instar angelici intellectus erat pleniformis iam in ignorantiam venit factus vt tabula rasa in qua nichil depictum ē. Et varia facta sunt homini incomoda. quoniam humana natura que creata fuit libera. facta est multipliciter ancilla. Homo quidem cum in honore esset nō intellexit &c. Et opus dei perfectum in homine exemplatum malicia demonis deformatum est et malicia demonis. bonitatis diuine communicatio et refluxus in parte impeditur. Non autem potuit demon resistere deo in se a quo proiectus est in damnationem et perpetue relegatus. Nec potuit resistere operi eius perfecto in maiori mundo. Sed se homini et minori mundo opposuit. Et sic quoniam a mūdo architipo auertens mundum maiorem scdm quod in parte est habitatio minoris mundi et suo seruit sui deteriorauit cō

timuis temptationibus hominem impugnans ꝛ a suo architypo per culpam elongans. Et sicut prius ostē sum est: trinum opus dei perfectum in homine consummatū. Sic ipse triplici malicia quam ponit Dyonisius insurgit. Primo contra dei potentiaz quāuis impotenter. violente furit contra dei sapientiam proteruit per fantasticam deceptionem. contra bonitatez dementer malum concupiscit quāuis vt sophistica copiosus ab apparente sapientia hominem in his decepit. Et maxime vtitur fallacijs quandoqꝫ in dictōne fallaciter scripturam ꝛ mandata dei interpretans: vt faciat credere de non ente quod sit ens. ꝛ vicium habere speciem virtutis. Utitur eciam fallacijs extra dictionem que sunt septem vt ad septem vicia inducat. Primo ad superbiam vtitur fallacia petitionis principij arguens ita. Omnis magnus est honorandus: tu es magnus igitur tu es honorandus Sed qꝛ homo nichil habet quod non accepit. et ita de nichilo sui potest gloriari quasi de principio. Si autem venerit ad verum principium iam non in se sed in domino gloriatur. Ad inuidiam vero vtitur fallacia secundum non causam. Iste pollet in virtutibus: et sic tollit tibi honorem singularem. Ita causam amoris peruertens. Utitur ad iram fallacia ignorantie eliciendum aduersario suo irascitur qui debet irasci culpe non persone et maxīe culpe proprie ꝙ aduersarij in ipso arguit et debet vicere maliciā aduersarij

p mitigatē ꝛ māsuetudinē nō āt nutrire p irā. Utiꝛ p accidiā cōiugatōibꝫ inutilibꝫ p euagatōnem mētis q̄ abūdāt in fallacia accidētis. Utiꝛ ad auariciā fallacia scdm plures interrogatōes vt vnā dū ad oīs necessitates humanas subleuādas dicit sufficere aggregare pecunias q̄ frequēter afferūt plures indigētias qꝛ q̄ plura habet pluribꝫ indiget. Utiꝛ ad gulā fallacia scdm q̄d ad simpliciter sic arguens. Istud ē delectabile ꝛ bonū gule igiꝛ est simpliciꝛ eligendū. Utiꝛ tandē ad luxuriā fallacia ista ꝛ altera qꝛ nō cōiūguntur extremitates cōuenięti medio. Fallaciāq꞉ quoq꞉ ponit cōseqn̄tis sic arguēs. Generatō filioꝝ ē bona. ergo cessatō a generatōe ē mala. Per argumētū a cōtrario sensu quod fit ab opposito an̄cedētis ad oppositū ꝯseqn̄tis. Possentq꞉ circa singlas fallacias modi palogismoꝝ ī tēptatōibus demoniacis fingi quod studiosis relinquo. Sꝫ notādū q̄ dixi dei sapiam nō nrām vincere. qꝛ demon adhuc hn̄s limpida naturalia quibꝫ abutiꝛ in malū ē nobis astutior mille hn̄s nocēdi artes. Est eciā potētior ꝛ ex sua supbia presumens aggrediꝛ. Cōtra quā humilitate radicati nos protectioni diuine committamus. Diuina igitur virtute cum his potissimū aggrediendū est. quā proprie meretur infirmitatis ꝯgnitio. ꝛ humilitas que sola laqueos euadere possit: vt legitur de beato anthonio. Huius exemplum legitur in libro regū de iosaphat. qui videns hostium multitudinem infirmum se coram deo fatetur: et se totum conuertens ad dominum inuocauit et preualuit ex hoc et precedentibus

Sequitur cõclusio . Ergo perfecta dei opera propter nos facta licet possint scdm quid impediri. non tñ simpliciter omnino frustrari. Patet qꝛ si oportet gracie frustrēt in reprobis hoc supplebitur per diuinam iusticiã malum hoc penaliter reformantē ꝛ turpitudo culpe reformabitur per pulcritudinē iusticie. Vñ ps. Uniuerse vie domini misericordia ꝛ veritas Principaliter via est sue misericordie ꝛ bonitatis que si impedimentũ quod habuerit erit ex nrã malicia q̃ suggestione demonis in nobis efficitur sed per diuinam iusticiam reparatur. Si igitur in quibusdam diuina bonitas impeditur hoc tamē impedimentũ diuina iusticia reparat ꝛ in bonũ ordinem reducit. Dixi ergo bene ꝙ oĩno non frustratur qđ fieret si ordo diuine bonitatis a deo institutus quo vidit deus cuncta que fecerat ꝛ erãt valde bona ꝙ destituerēt. Sed hic ordo perseuerat licet in quibusdam liberum arbitriũ habentibus hoc bonum quo ad eos impeditur ne in seipsis participēt tamen non oĩno frustratur dũmodo iniquitas talium iuste corrigit̄. ꝛ voluntaria malicia coactiõe pene inuolũtarie per diuinã iusticiã reformatur. vt sic nullum bonum est irremuneratum sic nullum malum maneatur impunitum A quo nos punitõis malo preseruet nos deus vt cuz electis semꝑ feliciter gaudeamus.

Explicit determinatio eximij et disertissimi doctoris sacre theologie magistri Johannis de Mechilinia habita in vniuersitate Coloniē in scolis artistarũ in quotlibet.